

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Historia Marchionum Badensium & Hachbergensium - Cod. Karlsruhe 3293 II 10**

**Gamans, Johannes**

**St. Peter auf dem Schwarzwald, 1758**

Cap. XIV.

[urn:nbn:de:bsz:31-267058](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-267058)

74. alienata Limburgi occiderit: castrum est Brisfaco: /  
año Dom. 1078. magno partis, quam fortiter defenderat,  
detrimento.

Berchtoldus Constantiensis ad an. 1078. Eodem etiam  
tempore ex parte Rudolphi Bertholdus Carinthiorum  
Dux pia memoria, et Henricus Marchio, obiit in pace.

Fragmentum historiarum incerti Auctoris, qui circa  
an. 1250. scripsit, Chronico Alberti Argentinensis profi-  
xum apud Urstifium hæc habet: Anno Dñi M.C.XX.VIII.  
Bertholdus Dux Carinthiorum, qui et Zeringer, vir ca-  
tholicus, obiit; sepultus est cum Richwara Carinthia, pri-  
ma conjuge in Hirsprungio Monasterio, quod multo, ut scri-  
bit Trithemius, beneficium accepit, ac locupletavit.  
Annum, quo Richwara obiit, nondum comperi. Dies in  
Necrologio Monast. S. Petri annotatur his verbis: Idy  
Maij Richwara mater fundatoris nostri. Altera ejus  
Uxor Beatrix dicitur Ludovici comitis filia.

#### Cap. XIV.

De Berchtoldo II. Berchtoldi I. filio, Zer-  
ingie et Alemannie Duce.

Berchtoldi II. meminit antiquus Chronographus preced.  
cap. citat. ab Urstifio editus ad an. 1078. Rudolpho Rege,  
inquieto, in Saxoniam reverso Henricus de regense colle-  
ctis viribus Alemanniam præda, ferro et igne circa festi-  
vitatem 00. SS. devastavit, terram videl. Catholicorum  
Ducum Bertholdi atque Welfonis, ac aliorum S. Petri  
fidelium, penitus dissipare aggressus est: Tunc quoque

minus parum quam centum Ecclesia in illa expeditione 75.  
violata sunt.

Agnatos tunc quoque inter se collisos narrat Guillimany:  
contra Bertholdum Zeringensem maximum exercitum  
Wernerus Argentina et Burchardus Basilea Antistites  
eduxere, eique in Brisgavia incensis vicis aciem contu-  
lerunt, pugnam plus quam civili bello. Postremo fusi  
Episcopi, victoria penes Zeringensem stetit. Is victores  
manipulos adfectu in Societatem Welfone Bavaro contra  
Henricum porro traducturus dum properat, manus utrum-  
que Regem consensisse accepit, longaque et cruenta apud  
Ustrutorum flumen pugna, utriusque fugam initam, vi-  
ctoriam in medio mansisse. Idem infra Germania  
tunc potentissimi milite, pecunia, auxiliis Bertholdus  
et Welfo, et Bertholdus an. 1079. Viseracum S. Galli  
Castrum expugnavit, quod Ulrichus Abbas Henricum Inve-  
satur, itemque Cimberium utrumque ad Harciniam. Har-  
cinie accolae omnes subegit, et quocumque nactus Henri-  
cum ejurare coegit.

Consonat his Scriptor Annalium Hevemi ad an. 1079.  
Zeringensis Surogovia magnam partem, quicquid praeterea  
Monasterii S. Galli erat: quia Ulrichus Abbas ab Henrico  
habat: populatus est; Henricus interim conventu Suo-  
rum Vormatia celebrato Alemannia Ducatum Fridrico  
Comiti ab Hohenstauffen cum Agnete filia sua tradit,  
sed is Alemannia tota potiri nunquam potuit, ma-  
gnam ejus partem Zeringiis retinentibus. Hinc ipse  
et posteri non amplius se Alemannia sed Suevia  
tantum Duces nominarunt.

76. Nimirum si Henrici Regis exauctorati gener fuit  
Fridericus, aut Regis tum legitime electi Rudolphi gener  
fuit Berchtoldus: nam filiam ejus Agnetem in matri-  
monio habebat heredem unicam, adeoque dotis nomine  
unacum Comitatu Thuringensi etiam Alemannia Duca-  
tus ei appropinquus erat a Socero, ut cum favore recipere-  
ret, quod Henrici perfidia ei abstulerat.

Otto Frisingensis Episcopus in hist. de Gestis Frid. Imp. Lib. 1.  
c. 2. Rudolphus, inquit, Dux Suevorum Rex factus Diade-  
ma a Rom. Ecclesia accepisse traditur, cum hujusmodi Scri-  
pto: Roma dedit Petro, Petrus Diadema Rudolpho. Hujus  
Rudolphi filiam quidam ex nobilissimis Regni Optimatibus  
Bertholfus nomine de Castro Zeringen habuit. Non multo  
post tempore Rudolphus in publico bello a fidelibus Impe-  
ratoris necatur, et in Ecclesia Merseburg cultu regio sepe-  
litur. Occiso Rudolpho gener ejus Bertholfus Ducatum Sue-  
via tanquam a Socero sibi concessum usurpat.

Bertholdus Constant. in Chron. ad an. 1080. Jam autem me-  
diante Octobri Henricus expeditionem in Saxoniam iterum  
parans a Rudolphi militibus itinere unius diei fugatur,  
quamvis in eadem congregatione Rudolphus Rex p. m. occubue-  
rit; ille, inquam, alter Machabaeus cum inter primos  
hosti instaret, in servitio S. Petri occumbere promeruit,  
et postea uno die superstes, omnibus suis rite ordinatis,  
ad Dominum migrasse non dubitatur idib. Oct. Regnavit  
autem tres annos et dimidium. De cuius obitu omnes Re-  
ligiosi utriusque Sexus et maxime pauperes doluerunt, in  
cujus anima commendationem Saxones innumerabiles Ele-  
mosynas fecerunt. Erat enim procul dubio Pater patrie,

servantissimus Iustitia, indefessus propugnator S. Eccle-  
sia; Sepultus est autem apud Merseburg gloriosissime.

Alius antiquus Chronographus: Rudolphus Rex, Socer  
Bertholdi Ducis, Henricum, qui hoc anno Schismati ini-  
tium dedit, intruso in Romanam Sedem Guiberto in Saxo-  
nia iterum praelio vixit, sed ipse occumbit.

Hac ideo comemoro, ut constet, cujus causam Zer-  
ingij defendendam susceperint, nimirum Principis optimi  
contra flagitiosissimum, bonis omnibus invisum, Schisma-  
tis in Ecclesia Dei pestilentissimum suscitatore. Unde post  
Rudolphi Regis occasum non illius sedata tempestas fuit,  
sed Bertholdo Constant. teste Principes Regni Teutonicorū,  
scil. Archiepiscopi, Epi, Duces, Marchiones, et Comites  
conventu facto Hermannum nobilem virum sibi in Re-  
gem elegerant: fuit is Hermannus Lucelburgius electus  
an. 1081.

De Alemannia Ducatu interim disceptabatur armis  
inter Bertholdum Zerिंगium et Fridericum ab Hohen-  
hauffen, ut supra dictum, donec hoc anno 1081. ex Bies-  
pordij et Guillimanni fide Bertholdi placandi studio  
Henricus rem inter utrumq; hac lege composuit, ut Fri-  
dericus eam Alemannis partem teneret, quam Suevi o-  
lim inpederant; Bertholdi essent caetera ad Rhenum,  
Harcinia, Turingia, Neccargovia, Mortinavia, in-  
primis Typpurgum et praefecturam Tygurinam, et quid-  
quid in ea juris et Advocacionis imperialis esset, ipse et  
posteris possiderent, et Zerिंगia se Duce[m] nominare posset.

Non tamen Bertholdum propterea Henricus pla-  
cavit, aut in partes traduxit, sed ipse et agnatus ejus  
Wernerus Habsburgius, sicut prius Rudolphi, sic postea

Hermannii legitime electi Regis causam strenue propugnauerunt. Venero Habsburgio agnato suo ꝑ ait Guillimanus, contra hostes ipsius et Hermannii Regis suppetias tulit Zeringius Sclatorum Hermannii fortissimus et opulentissimus

Reerudit itaq, tunc bellum inter Henricum et Zeringium aliosq, Principes, de quo Bertholdus Castant. ad an. 1087. Henricus, inquit, circa Cal. Aug. expeditione in Suevia paravit, sed his sibi obviam euntibus, pugnare noluit, quamvis eum erectis vexillis pluribus diebus ad pugnam provocaverint, et ex suis plusquam centum occiderint et captivarint, nam prope Licum flumen castra metatus est, cuius ripa munitus ab hostibus non facile potuit invadi, Suevi autem ex altera parte fluminis in conspectum ejus castra metati sunt, satis a ripa separati, ne hostibus facultatem transvadendi interclusisse viderentur, sed frustra, nam Henricus transire noluit. Tandem Henricus Aquisbonam revertitur. Nihilominus et Suevi ultra Rheenum Burgundiam cum expeditione proficiscuntur et quoddam castellum Bertholdi Ducis filij Rudolphi Regis ꝑ per filium intellige generum ꝑ a fautoribus Henrici obsesum viriliter eriperunt; nam quibudam rapidissimis fluminibus transvadatis et potius transnatatis adeo obsesores castelli, licet adhuc longe positi perforerunt, et relictis papilionibus, equis et loriceis ab obsidione passim disfluxerunt.

Annalis Heremi Teipara ad eundem an. 1087. Zeringium assumpto Guelfone Davaro, et Durcharo Nellenburgio cum magnis iterum copiis Constantiam profectis Hoxen Episcopum Schismaticum inde expulit, Hermannique

79.  
Regis gratia et favore Gebhardum fratrem, qui Hirsauis  
monachum agebat, Epum instituit, urbiq; introduxit XI.  
Calend. Jan. 1085. quem et Otto Ostiensis, Gregorij Pontifi-  
cis auctoritate confirmavit et consecravit. Idem auctor  
ad annum 1086. victoriam insignem et miraculosam,  
cui ipse interfuit, describit Berchtoldus Constant. His,  
inquit, temporibus fideles S. Petri Principes Suevorum  
cum Saxonibus et Boioariis generale colloquium post  
festum Apostolorum prope Würzburg condixerant, quod  
Henricus congregata multitudine Schismaticorum inter-  
surbare voluit, sed Suevis supervenientibus resistere  
non valens ad tempus eis locum dedit; ipsi autem Herzi-  
polin ad obsidendos Henrici fautores proceperunt, et  
adjunctis Saxonibus eadem sepi circumdederunt. Interim  
Henricus exercitum 20. ferme millium pedites et equi-  
tes congregavit, et civitatem liberandam jam 5. septimanis  
obsessam, aciem direxit. Quo audito fideles S. Petri so-  
luta obsidione obviam ei duobus miliaribus non tantis  
multitudine suorum, quam virtute S. Crucis confisi pro-  
ceperunt. Unde et Crucem quandam altissimam in quodam  
plaustro erectam et rubro vexillo decoratam usque ad  
locum certaminis secum deduci fecerunt, Welpho quoque  
Dux cum sua legione, et Magdeburgensis legio relictis equis  
pedites incedebant. Cum autem jamjam congressuri essent  
omnes in terram prostrati celum oratione penetraverunt,  
quam pro eis ibidem H. Smus Archiepus Magdeburgensis  
cum multis lacrymis et gemitibus effudit. Igitur in  
nomine Domini congressi incredibilem hostium stragem  
fecerunt, ita ut alta congeries cadaverum ibi vide-  
rentur præter illos, qui in campos et silvas fugitantes

80. occubuerunt. Henricus autem in primo impetu con-  
gregationis dissimulato habitu inter primos terga vertens  
omnia vexilla sua nostris derelinquens usq; ad Athenum  
satis accelerato pervenit, sed nostri eum longo tempore in-  
secuti tandem magnam prædam de hostibus reportaverunt;  
ipsius sane serinia cum vestimentis regalibus, item nepis  
quot capellas Episcoporum schismaticorum cum aliis in-  
numerabilibus nostri acceperunt. In illa ergo congrega-  
tione quot millia Adversariorum occubuerint nondum explo-  
rare potuimus. Ex parte nostra fidelium S. Petri non nisi  
XV. homines mortuos invenire potuimus, licet diligentis-  
sime perquireremus, et de ipsis XV. non nisi tres in loco  
certaminis obiero, reliqui aliquot diebus postea vixere.  
Et hoc utiq; nulli humane virtuti sed potius divina ad-  
scribendum est, cum fideles S. Petri vix X. millia habuerint  
adversi autem etiam XX millia excessisse ferantur. Itaq;  
nostri per Dei misericordiam victoria potiti in campo  
certaminis ea nocte castra metati sunt, et in crastinum  
ad obsidionem Urbis reversi atq; sanguine eam ceperunt.  
Deinde Wirtembergensi Episcopo cum magnis laudibus civium,  
Clericorum et Laicorum in Sedem suam restituto, congruoq;  
militum presidio civitati imposito, ipsi cum magna glo-  
ria et letitia singuli in sua redierunt. Factum autem est  
hoc praelium in sequenti die post festum S. Laurentij, videlicet  
in anniversaria die, quando et Hermannus Rex  
cum Suevis Boioarios devicit. Ego quoq; ipse, qui hæc  
Chronica a M.LIV. a. no Domini Incarnat. hucusque per-  
dixi, de prædicto praelio non tantum aliorum relata,  
quam qua ipse vidi et audivi ad laudem et gloriam DEI  
fidelibus annunciare curavi.



Pergit idem Auctor: anno eodem Henricus prope na-  
civitatem Domini quoddam castellum in Boioaria obsedit,  
ut ajunt, in eadem obsidione Nativitatem Dni voluit  
celebrare. Eius audito Welf et Bertholdus Duces non cum  
magna multitudine Suevorum et Boioariorum derrepente su-  
pervenientes de obsidione eum discedere non permiserunt,  
nisi prius accepta securitate ab ejs Principibus, ut collo-  
quium fieri promitteret, in quo diuturna regni discordia  
in quomodo tandem idoneum finem accipere posset. Accepta  
ergo securitate locum ei cum pace discedendi concesserunt,  
neque ipse in Vigilia Nativitatis Dni compulsus est festum  
illum alibi celebrare, Duces autem cum pace et letitia ad  
patria rediere, statimque cum reliquis regni Principibus prae-  
destinatum colloquium ad Openheim in tertia hebdomada Qua-  
dragesima communiter condixere an. 1087. Henricus omni  
ingenio et dolo, quibus potuit, ne praedictum colloquium fieret,  
efficere voluit, sed fideles S. Petri illo nolente, imo peri-  
culum belli intentante ad condictum terminum convenere,  
ipse vero justitiam solito more subterfugiens et rationa-  
bili etiam suorum consilio acquiescere nolens adespe con-  
cessit, unde et omnes pene suos contra se murmurare  
et nonnullos eorum ab eo discedere fecit. Idem Prin-  
cipes Teutonicorum, fideles, inquam, S. Petri generale collo-  
quium cum Henrico et Fautoribus ejus in Cal. Aug. prope  
Mellerensem Civitatem habuerunt, eique adiutorium suum  
ad obtinendum regnum, si de excommunicatione exire vellet,  
fideliter promiserunt, ille autem in solita sua obstina-  
tione persistens, nec se profiteri excommunicatum dignatus  
est, licet hoc in faciem sibi a nostris instanter probaretur,  
unde et nostri nullam pacem et concordiam cum eo habere.

82. voluerunt. Quapropter Expeditionem suam super excessus  
in octavam S. Michaelis proxime venturam indicit, nostri  
autem eandem Expeditionem octo diebus praeventuros, seque  
ei in loco congregationis cum quanto populo, obviam ite-  
ros condixerunt. Ladislaus porro Rex Hungarorum, So-  
rorius Bertholdi Ducis, nipa legatione ad idem Colloquium  
se in fidelitate S. Petri perseveraturum declaravit, et  
fidelibus S. Petri cum XX millibus Equitum contra  
Schismaticos se affuturum, si necesse esset, promisit.

Ad an. 1092. Iterum Principes Alemanniae ad defensionem  
S. Matris Ecclesiae contra Schismaticos unanimiter  
convenerunt, sibiq; ad hoc negotium exequendum fratrem  
Constantiensis Episcopi Bertholdum Ducem totius Sueviae consti-  
tuerunt, qui nondum aliquem Ducatum habuit, etsi jam  
dudum nomen Ducis habere consueverit: nam, ut alias  
audivimus, et pater hujus et avus Carinthiani seu Carin-  
thiae Duces vulgo dicti sunt, quod jure illis Carinthia debe-  
tur, cujus tamen in possessionem nunquam venerunt.

Anno 1094. Welfo Dux Boioariae firmissimam pacem  
cum Alemannico Duce Bertholdo, et reliquis Alemannicis  
Principibus inivit, uoq; Boioariam, imo uoq; ad Ungariam  
propagavit. Francia quoq; Teutonica et Alfatia eandem  
pacem suis partibus se observaturas juramento decreverunt.  
Haec tamen pax in Alemannia maxime invaluit, quod  
Principes ejus, quisq; in sua potestate, justitiam facere  
non cessaverit, et praecipue Dux Bertholdus ad faciendam  
justitiam in Ducatu Alemanniae adeo exarsit, ut in ob-  
servatione justitiae omnes praedecessores suos pene vicarit, et  
de hoc omnium ora pio rumore compleverit.

De hujus Bertholdi II. Ducis Zeringia ebus bello pra-  
 clare gestis, qui plura vult, Guillimanum adeat; non so-  
 lum autem virtute bellica, sed et religione claruit, quod  
 fundamento S. Petri in Thercynia per amplio Monasterio  
 satis ostendit. Annales MS. ejus Canobij. Auctore Petro  
 Gremelsbach, qui an. 1197. eidem praefuit abbas, rem ita  
 describunt: Bertholdus hujus nominis II. dignus Patri  
 haec in Ducatu successit, qui nostri Canobij Deo devotus  
 cum fratre suo Gebhardo Constant. Episcopo Fundator extitit.  
 Dux igitur gloriosus Bertholdus de Zeringen in ampli-  
 ficandum Religionis cultum hoc nostrum Monasterium  
 in possessionem adificans ornamentisque honorifice ditans,  
 qui et missis Clientibus suis Cunone et filio ejus de Ze-  
 ringen, Hectone quoque et filiis suis Gisalberto et Hilde-  
 berto de Wiler, quibus opaca sylvarum nota erant,  
 sollicito explorari fecit, locum secretum et congruum  
 Monachico Ordini et Canobiali Religioni. Qui simul  
 pergentes reperierunt locum hunc aptum. Mox igitur  
 Princeps idem collectis apparitoribus suis et Operariis  
 capit locum istum excolere, Ecclesiam quoque S. Petri,  
 prout suadebat facultas, adificare, et Mansiones  
 congruas aptare, fratres quoque Hirsauvienses de vico  
 Wilhelm, ubi erat Propositura à Patre ejusdem Fundatoris  
 antiquitus instituta, excitos ad hunc locum transferre:  
 qui de loco illo exeuntes huc venerunt an. Dni Incarnat.  
 M.C.III. Dehinc Ecclesia adificata S. Petri consecrata  
 est a Venerabili Gebhardo Constant. Episcopo, et nostri fundato-  
 rio fratre in Cal. Aug. in festo S. Petri ad vincula, presen-  
 tibus ibidem Duce Bertholdo, Wilhelmo Burgundienfi

84. Comite, et Godfrido Comite Calw, suffragantibus VII. religiosis Abbatibus scilicet. hujus loci, Hirsavivensi, Schaffhusensi, Petershausensi, Eberkeimensi, de S. Blasio, de S. Georgio; Gebhardus deinde consulto fratre Bertholdo in Italiam sequenti anno profectus in Concilio Constantino a sede Papa Urbano hoc Canoniam antea DEO et S. Petro dictam furi Romana Ecclesia mancipavit. Dominus Apostolicam devotione amborum Principum approbata, Apostolica Auctoritate roborans, locum in tutelam Apostolicae Sedis accepit, eique statim, ut moris est, privilegium concessit.

Cujus hic fit mentio Urbani Papa, idem ipse est, qui quadriennio ante Otto Cardinalis, Episcopus Offiensis dictus, Victoris B. A. per Germaniam Legatus Gebhardum Constant. Ecclesiae Episcopum ordinaverat, Is an. 1088. Victori demortuo in Romanam Cathedram succedens Urbani II. nomen accepit.

Quod de fratribus Praepositura Wilheimensis an. 1093. ad S. Petrum translatis dictum paulo ante est, non se decipiat Lector, ut eodem anno fundationem S. Petri facta putes, praeciperat illa, ut mox patebit.

De Bertholdi II. obitu Chronographus Constant. ad an. III. Hermannus, inquit, pia memoriae, Metensis Episcopus, et Bertholdus Dux Alemanniae, filius Adolphi Regis; vultu ducere generis in fidelitate S. Petri Majo mense diu extremum clausere, magnumq; merorem Catholicis, et exultationem Schismaticis reliquere; mox subdit: Soror quoque praefati Ducis Regina Ungarorum eodem mense obiit.

De Sepultura S. petri Annales, postquam Hermannus

Marchionis meminerunt, apud Cuniacum sepulti, ad 85.  
dunt: Frater vero ejus, hujus scilicet fundator loci, post digne  
decursum vitam ante altare S. Crucis honestissimam sibi  
et suis sortitus est Sepulturam, ubi et Agnes Uxor ejus  
sepulta est.

In Necrologio ejusdem Canonij ad diem 12. Apr. obiit Ber-  
tholdus II. Dux de Zeringen, primus hujus loci Fundator.  
Ad tumulum hoc Inscriptio legitur: Anno virginiei partus  
nonagesimo supra millesimum hic tumulatus Illustris  
Dux Zeringensis Bertholdus inclyte Bofapio Secundus,  
Huius Sacri Canonij cum fratre suo Brasido Gebhardo fun-  
damina prima locavit, et optimis dotibus presidereque  
conavit.

De Conjugis obitu Necrologium XVII. sept. Obiit Agnes  
Uxor Ducis Bertholdi, filia Rudolphi Regis de Arle: hoc  
per errorem aditum a Sciolo Monacho, qui de Burgun-  
dia sive Arelatensis regni Rege Rudolpho aliquid legerat,  
et hunc cum Rhinfeldensi Rudolpho Rege confudit: hoc  
dedit S. Petro villam Buchse ex hereditate paterna cum  
omnibus ad se pertinentibus.

Elogium Berchtoldo, sive, ut ipse scribit, Bertolfo,  
posuit Otto Frisingensis Epus, quamvis aliquin et Fri-  
derici, sub quo Episcopatum gessit, et precedentium Hen-  
ricorum plus a quo studiosus, hic, postquam narravit,  
quomodo Bertolfus Fridrico ab Hohenstaufen Henrici  
Genero Suevia tandem Ducatum ceperit, aciepto vicissim  
de manu Imperatoris Turego, nobilissima Suevia s. Hel-  
vetia dicere debuit: oppido, subiungit: Bertolfus iste,  
quamvis in hoc negotio Imperio simul et Justitia cepe-  
rit, tamen strenuissimus ac fortissimus fuisse traditur,  
unde et adhuc ab antiquioribus de ipso dicitur, quod  
si quando nuntius aliqua tristitia ipsi apportans: se-

86. eundem quod fieri a solet: / hasitare noluisse, dixerit:  
dic, dic, scio enim, quod semper leta tristitia, vel tristitia  
precedant leta, quare tantummodo mihi est primo au-  
dire nubilosa, cum postmodum auditurus sum serena,  
quam primo auditis serenis post auditurus sim nubilosa.  
Magnifica vox et viro forti digna.

Aliud elogium eidem ponit Jacobus Menlius Teutonice  
lingua: Berchtoldus Ino andas Gartzog zu Garm-  
gau, gus nim straugas Eüst mit pinnu serndan,  
Dan was nō Hou sich fast, das unß gahen. Derou  
im andon obersimtan puzen in Ina fusthan  
Chronie thal garsiben ist, und fast sich von Ina B.  
Gloribus willan thal gahet, und ist begraben in  
St. Gatrod Kloster ist Ina Veforatzwald.

## Cap. XV.

De Hermanno Marchione, Bertholdi I.  
Feringia Ducis filio, secundi fratre, ejuoque  
Uxore Juditha.

Non repeto, quae c. 3. dicta sunt, sed, quae illi loco mi-  
nus congruere videbantur, et tamen omittenda non  
sunt: hic addo: Ex primo Bertholdi I. matrimonio  
cum Richwara Carinthia Bertholdum alterum et Her-  
mannum genitos, adeoque fratres germanos et uterinos  
fuisse, Guillimanni et Giespordij Sententia est, quam  
sequor. Est, qui beatricem alteram Ducis Feringij